

retrahunt per Inextricabiles plicae. Totum ni fallor exa varitiae æstu, factio in commodum prorogationis iudicio: equidem producitur vel cognita iuxta causa, donec recludantur in decisionem marisapia.

AR. 24. es.

12 Perspicud videtur in causa Pauli, Felice infelice iudice. In illo nec umbram criminis, qui morti addixerant, poterunt probare testes. Felix igitur cognovit innocentiam, sed studiosè procrastinabat causam. Exitum Paulus petivit: Felix respondit: Quod nunc arinet, vade. Tempore autem opportuno accersam te. Quo pacto Vade, si revocandus opportuno tempore? Hora modò opportuna, & quia cognita sine crimine causa; & iameritò accusati emicabat innocentia. Quare igitur non exitus ex iudicio? Sperans, quid pecunia ei daretur à Paulo, Multa de causa iustificatione Felix dicebat, sed fucis, tricus, atque tragulis lactabat. Propter quod & frequenter loquebatur cum eo. Ibid. Emungere cupiebat: iustitia instabat; produciturque iustitiae atque causæ legitima declaratio; quandiu numerorum retinebatur suspensio: etenim iustitia immota, pecunia clausa. Dicit idem: Quod nunc arinet; idest, ut ait Dionys. Carthasian. Quid non arinet? Quid de causa, iustitia, innocentia & religione loqui, & ita ventis fervide detonare? Aërem verberas, aures faucesque fatigas? Quid nunc arinet? Alla nunc; modò atit pecunia in lite; quid quod i nuda sit causa iustitiæ, innocentia & religione? Causam fovent sine iure cunctæ leges, si scribitur nummis.

Verf. 16

In illi iustitia immota, clausa pecunia.

Verf. 27

13 Exitus sine exitu, iudicis pravi suffragatur studio. Quæ Felix dixit, vel non dixit Paulo? Biennio autem expleto, accepit successorem. Volens autem gratiam prestare Iudæis, Felix reliquit Paulum vinculum. Erga Paulum Iudis benivolentia haud oriebatur ex iustitia cognita; sed ex pecunie cupiditate: unde fraudatus concepto voto pecunie; in carcere iustum & innocentem reliquit, quamvis iustitiam

ex tota causa cognovit. Elegit favere inimicis, præ ira ex negatione pecuniarum largitionis: equidem cum pravi iudices haud proferant causarum iudicium, nisi propter proprium commodum; uberius invenit Felix in detestabili gratia, quam in Pauli cognita infallibili iustitia: quo quidem factum, ut inimici interventione pecunie, iudicis fuce foris enixè incumberent gratiæ. Perpenderis. Festus fuce for cum venisset in Provinciam, Principes Sacerdotum, & primi Iudæorum, postulantes gratiam adversus Paulum. Quamnam gratiam? Si crimen est, quare non petant iustitiam? Ad iustitiæ iudicium non habent causam. Altus frequens corde malignis, in perciniem innocentis; ut technis & thechnis instruat acta causæ, quasi damnatio conformior legum tenentis; quod non possunt istricis regulis Iuris, obtinere per gratiam favulissimi Superioris etenim dycolli in cuncta prorsus contra innocentem flagitia, modò obtineatur Superioris gratia. Ex petitione constat: Postulantes adversus illum damnationem. Damnatio exigitur, haud quod causa iuxta leges libretur. Petant quod placet, & obsequium prætio à legibus redemit: equidem parâ gratiâ (& maxime si pecunia) aut alie leges, quam voluntas Superioris.

Illorum iudicium iuxta quædam

Cap. 25

Verf. 15 Non alig leges, quæ placita iudicium

Cassiodor,

Lites hominibus assiduas neci.

Stob.

14 Hisce circumstantijs, & placent lites, dum sustinentur & iudices? Decet enim (subdit Cassiodor, d. Epist. 15.) ad usus bonos convertere; que voluit perveritas inimica fraudare. Quiescat igitur malignantium prava cupiditas. Quiescat, ut innocens quiescat. Pessimâ vita cum discordia Caro lite perpetuâ concupiscit adversus spiritum, & econtrâ. Iam non sit amplius neque luctus, neque clamor, nec ullus dolor; enim ex lite luctus dolor & clamor. Pravi sunt corrupti iudices, & in cruciamen litigantium ex lubito formant fulminibus leges. Unde Stobæus lib. 3. cap. 27. succinit: Aere patrociniū vendūt, producere causas, Et lites pendere diu.



TAU

# TAUTOLOGIA SEXTA.

## DEUS SEDET SUPER SEDEM SANCTAM suam. Psalm. 46. v. 9.

### EXPOSITIO LITERÆ.

**D**E Dei regno, gloria ac maiestate loquitur Psalmographus, quòd quidem frequenter portentum per sedem, ut fuscè videbimus tam infacris, quam in profanis: qua de causa usque hodie viguit sella potestatis, supereminenciaque signum: de quo latè Iul. Cæsar Bulerger. lib. 2. de Imperator. Rom. cap. 29. Coripp. lib. 3. accinit. Nobilitat medios sedes Angusta penetet, Immortale capus, soliumque sedentis obumbrat; Ornatum gemmis, auroque ostroque superbum.

Sella potestatis ac maiestatis signum.

Corippi

Throni in sella infingunt.

Athena.

In qualibet natione thronus ex pretiosa, affabre formata: Describitur sicine maiestas Salomonis, 3. Reg. 11. à 18. Materiam superabat opus, ita ut v. 20. dicatur: Non est factum tale opus in universis regnis. De Alexandri Magni throno & sella, diximus ex Elian. lib. 9. Var. histor. cap. 2. Tom. 6. T. 11. n. 31. Inter Peras huiusmodi ostentatio usque in vesaniam, ut videlicet apud Cedrenum formam throni selæque regie Coldroz, ann. 13. Heratij Imp. pag. 168. Idem Lyran. in 12. Apostol. v. 9. Plura alia superbiæ atque fastus signa omittimus, apud Plutarch. in Phocion. Procop. lib. 1. Persar. Polyan. lib. 4. Stratagem. Al. Lampid. in Helio gal. & Sueton. in Cæsar. cap. 76. sicut in Neron. cap. 12. videnda; sed præterire non possumus, quod refert Athen. lib. 12. n. 70. ubi: Platano aureas, & auream vitem, sub qua Reges Persarum negotia tractabant sape sedentes, habentem vitas à smaragdo, ornatum Indicis carbunculis, & alijs omne genus lapillis magnificentia superantibus. His ergo venerationis insignijs saepe intatubantur Reges: quod visum in Xerxe, de quo in Themist. Plutarch. Salaminium prælium spectavit sub aurea umbella in sella aurea. O quantum est in rebus inane!

2 Sedere vel casu in regia sella capitale fuit. Curt. 8. d. Histor. Alexandr. cap. 14 quòd plura congerunt Ioan. Freinshem. & Nicol. Blancard. Pledebatur incogitamen, ut assensus incuteret audaci cordi formidinem: igitur cum sedes illa insigne dignitatis; alium in illa federe, dedecus cogitabatur fedentis. Sat signum Principis videbatur, ut à cunctis subditis amicitius coleretur. Hinc quia Moyles Hebræis dixit Deuter. 4. 15. Non vidistis aliquam similitudinem, in die qua locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis; placuit nonnullis Rabbistorum, vidisse tantum sedem maiestatis eius, nubem scilicet splendidam, & sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi calum, cum serenum est: Exod. 24. 10. Quapropter dum dicitur de Moyse, Aaron, huius filijs, & septuaginta senioribus: Viderunt Deum Israel: Septuaginta Interpret. legunt: Viderunt locum, ubi stetit Deus Israel. Chald. Viderunt gloriam Dei Israel: hoc est, sedem, qua maiestate sedit post sedas pactum. Ethnici etiam in commendationem maiestatis Numinuna, dumtaxat signabant sedem & thronum: Magnæque Matris prænotioni designarunt sedes vacuas, ut per illas tantæ Divum innotesceret auctoritas. Sed vacua circa illam posita: ait Chartar. de Imagin. Deor. pag. 141. Auctoramen etiam signant in Constellationibus Astrologi: etenim quia Cassiopeia stellis ab illis pingitur, seu potius fingitur imagine femine sedentis; ab Arabibus & Hebræis, non dicitur Cassiopeia, sed Mulier sedens super sedem. Pallas ipsa sedes: & à Græcis Thronos. Adi Kirch. Tom. 2. OEcip. Copi. p. 2. Class. 7. Mathem. Hieroglyph. cap. 6. Geminazione itaque exprimitur excellentia solij, aut præcellentia in illo imperio sedentis. Ibid. cap. 7.

Sedes Dei, pro throno magnifico.

Chartar. Sedes vacue in circuitu sedis Magnæ Matris.

ex Rab. Avenar Hebræo, Beneka Indo, & Abneragel Arabe, n. 1. inſit: Exurgit in-  
venis ſedens ſupra ſedem ſtratam, & in manu eius Theſaphim. Addit num. 5. Aſcena  
dii Virgo, duas ſpicas in manu continet, ſedette ſupra ſedem, & nutrit puerum &  
ſedat eum. Steſtherus in Spher. Procli: Supra ſolum auleatam reſidens. Drauidus in  
cap. 46. Solin. ſubdit: Andromede eſt imago puella, ad unum latus converſa, ſupra  
ſellam ſedentis. Hæc difficile intelligitur præter iacent, ni vederis quæ à nobis dicta in  
Ephemer. tam Prolog. Galeat. §. 4. quàm Iſagog. Menſ. & cuiuſlibet decanum.

3 Pro auctoritate etiam Thraces ſellas oſtentabant in requiem. Nil mirum: Apud  
illos otioſum eſt, habetur pro honeſtiſſimo: Textor, 7. Officin. cap. 48. At quod fidem  
excedit, eſt mos apud Tibarenos, de quibus ibid. & Herodot. lib. 3. cap. 32. Si quando  
inibi pepererint mulieres, viri velut agritudine ſimulata, in lectulis decumbunt ut puer-  
peræ: hiſque iacentibus præmiſtrant uxores. Luſum amplexantur ac riſus; quod in iſis  
maximam felicitatam partem arbitrantur eſſe conſtitutam. Nullum aliud aſſuere quibant  
in genij propoſitum, validius argumentum, quàm præſens deridiculum embolium.

Val. Flacc.

Herodot.

Sedere ſi-  
gnum ma-  
iſtatis.

Homer.

Diferimen  
nullum in-  
ter ſedem  
& ſedile.

Yamblic.  
Diferimina  
ſedum.

Eberard.

Ar. Mont.

Quid ca-  
thedra?

Ubi de ſede mitræ

Fæta ligat, partuque virum fovet ipſa ſoluta:  
Succinit Valer. Flacc. 5. Argon. v. 146. Idem refert Cæl. Rhodigin. lib. 18. cap. 30. In  
noſtrum ergo inſtitutum. Naſamones defunctos ſpelunt ſedentes (ait Herodot. lib. 4.  
cap. 48.) obſervantes, ut dum quis capit agere animam, eum ſedentem conſtituant, ne  
ſupinus expiret. Synæ etiam in larario cadavera avorum ac prædeceſſorum caterorum  
ſedentia collocant, eorumque ſic maieltatem oſtentant. Vide Ioann. Nieuhoum in  
Legat. Batavic. p. 5. cap. 5. Indiæ Oriental. 3. p. à cap. 25. & icon. 32. Kircher. d. Tom. 3.  
Synægm. 13. Theatr. Hieroglyph. de Mumijs. cap. 6. Auctoritatem e ſedum oſtentatio-  
ne vel inter Græcos ſignat Homer. 9. Iliad. v. 200. & 18. v. 399.

Sedere ſcit in ſedilibus, pulviniſque purpureis.  
Sedere ſcit in ſede argenteis clavis diſtincta.  
4 Sedilia criticus quidam ( ut in qualibet voce ſingulari cogitationem promat,  
ſed multoties propter præſumptionem ſine fulcro aut mica ſalis, riſum excitat) dilin-  
guit à ſedibus; ex eo quod ſedes arre factæ ſint, & ſedilia natura. Unde Virgil. 1.  
Æneid. v. 171. inquit: Proque ſedilia ſaxo. Iluſtre ratiocinium! Ex ipſo teſtimonio  
contrarium alitruat, E ſaxo ſedile dicitur: ſi ſedile, quod naturale, omiſſo ſaxo, ſuſti-  
ciebat ſedile: igitur ſaxa naturalia ſedilia, ac in ſignificationem acceptionis vocis, tunc  
otioſa materia. Apocal. 4. 4. dicitur: Sedilia vigintiſquatuor, & ſuper thronos vi-  
gintiſquatuor ſeniores ſedentes: quo claret, thronos vocari ſedilia, que quidem non  
naturalia. Ex Homer. num. antec. conſtat, pulvinaſque purpurea dici ſedilia, Iliad. 11.  
v. 616. In tentorium venientes in ſedilibus ſederunt: & 17. Odyſſ. v. 85. Veſtem de-  
poſuerunt in lectis ſedilibuſque. Signatur aliquando ſedis ornatus & materia in æſtima-  
tionem vel deſpectum ſedentis, vel quia obvium non meditarum colloquium, vel quia  
in campo convivium: vel denique quia mos gentis in herba aut tellure ſedere; ut multis  
exemplis patet in Indiſ Orientalibus, & Occidentalibus, quod videre licet in utriuſque  
partib. Solis in Hiſtor. Mexican. Ferdinand. Mend. Pinto, in Hiſtor. Orient. Navarr. in  
Sine deſcripſit. & Kirch. quò dudum, Diatrib. 1. à cap. 1. Sibylla Delphis ſedens ſuper  
ſedem arcam: ait Iamblic. de Myſtor. Aegyptior. Virg. 8. Æneid. v. 176. Gramineoque  
viroſ locat ipſe ſedili. Propert. 2. Eleg. 27. v. 13. Stygia ſedeat ſub arundine remexi.  
Aptius Eberhard. VVeiche in Aulic. Poliſ. & Olcot in Sapient. lect. 84. deſcribit ſe-  
dium diferimina.

Rex ſolinn, Doctior cathedram, Iudeſque tribunal  
Poſidet, & ſedem Præſul, Prætorque Curulem.

5 Promiſcè ſerè inveniuntur. Diximus de thronis & ſedibus. 1. Reg. 20. 25. Rex  
ſuper cathedram ſuam: Idem 2. Reg. 23. 8. & Eccl. 7. 4. ubi cathedra accipitur pro  
ſede regia ſeu ſolio. Job. 29. 7. Proceſſebam ad portam civitatis, & in platea parabant  
cathedram mihi. Obſervat Ar. Montan. in Appar. de Arcan. ſerm. ſubdens: Cathedra  
ad ſedendum extructa, munerì & dignitati adſcribitur: nam & Regibus & præce-  
rioribus atque iudicibus cathedra apponitur, & hiſ etiam quibus honor exhibetur. Inter  
Proſanos dumtaxat cathedra vox reducit in doctrinam. Iuvenal. Satyr. 1. v. 65. 7.  
v. 203. & 9. v. 52. Martial. lib. 1. Epigram. 77. 3. 14. 4. 79. & 11. 100. Horat. 1. Sa-  
tyr. 10. v. 9. 1. Aliquando, ni fallor, ſignificat lectulum blandum, quod Noſtrates di-  
cunt: Cathre. Præci, Cathedras famineas: Martial. 3. Epigr. 63. Molles cathedras.

Iuven. Satyr. 6. v. 9. 1. In his ſedebant in theatro: ſubdit hic Iſaac. Graog. Unde Cali-  
purnius Eclog. 5.

Inter famineas ſpectabat turba cathedras.

Tribunal dicitur altum & fixum in loco celſo quo iudex iure dicendo ſedet: cuius formâ  
videris apud Vitruv. lib. 5. cap. 1. & quia ex forma elegantiore acuminata in ſedem, ſe-  
des quælibet in huiuſmodi formam, tribunal dicebatur. Quare Herodotus, lib. 1. cap.  
47. inquit: Sellam auream Cræſus miſit: hoc tribunal collocatum eſt Delphis. Minorum  
iudicum ſubſellia movebantur de loco in locum; in ſubſelliſque ſedebant iudices dele-  
gati: tribunal verò iudicum erat ordinariorum, potiſſimè eius, qui inter ceteros præ-  
mus, & quaſi iudicum præſes. Vide Polletum, lib. 1. Fori Rom. cap. 5. Attipulatur  
Aſconius in Verrin. 3. Cicer. Subſellia (ait) ſunt tribunorum, Triumvirorum, Qua-  
ſtorum, & huiuſmodi minora exercentium; qui non in ſellis Curulis, nec Tribunali-  
bus, ſed in ſubſelliſ conſidebant. De alijs ſubſelliſ loquimur infra, num. 17.

6 Sella Curulis propria Conſulum, inſtituta à Tullo Hoſtilio, debellatis Hetrufcis,  
quaſi inſigne Magiſtratum; uti refert Macrobi. 1. Saturnal. cap. 6. ſella erat eburnea;  
qua in publico & privato loco ſedendi cauſa utebantur: quod quidem eſt eum Prætori-  
bus commune fuit. Roſin. 7. Antiq. Rom. cap. 11. Nobiles iuvenes viſitantes ægrotum,  
noluerunt accedenti in idem obſequij munus, Prætori, locum urbanè comiterque dare;  
quippe illis viſus eſt dignitate ornatus, propter ignobilitatem indignus. Præſent  
Prætor iniuriam, & inuit afferri ſellam, interim ſtantes lactans comitatis verbis. Alla-  
ta eſt, tuncque circumſtantibus dixit: Sedemus, anticeque animum languentem ſuavi-  
tate levemus. Ita Erasmus in Apothem. Rom. ex Valer. Maxim. Ex ebore factas ſellas  
Curules, aſſerunt Caſiodor. lib. 2. Var. Epit. 1. & Sidon. Apollinar. lib. 8. Epit. 8.  
Auſon. Epit. 20. v. 3.

Quamquam & faſtorum titulo prior, & tua Roma  
Præceſſit noſtrum ſella Curulis ebur.

Senatores enim in veterum ætate, qui Curulem magiſtratum geſiſſent, curru ſolito  
honoris gratia in Curiam urbi, in quo curru ſella erat, ſupra quam conſiderent, que  
ob eam cauſam Curulis appellaretur: ſed eos Senatores (inquit Aul. Gell. lib. 3. cap. 18.)  
qui magiſtratum Curulem novidum ceperant pedibus itaviſſe in Curiam. Hæc Edilibus  
Patricijs, prætoribus & Conſulibus, ut notat Roſin. d. lib. 7. cap. 25. Unde Aufonius in  
Gratiarum actum, pro Conſulatu, inſit: Iſta autem ſedes honoris, Sella Curulis, glorio-  
ſa pompis imperialis officij, in cuius me faſtigio poſuiſti, &c. Quibus ſignata ſedes,  
tanquam Magiſtratus inſigne, quod abolitum Cæſaris intolerentiâ, accinit Lucan. 3.  
Pharſal. à v. 105.

Non Conſule ſacrè  
Fuſerunt ſedes: non proxima lege poteſtas  
Prætor adeſt: vacuæque loco ceſſere Curuleſ  
Omnia Cæſar erat.

Pòſt inſigne fuit Imperij Supremi: Sella Curulis Imperatorum inſigne fuit, ſicut palma  
ta togæ. Servius ad illud Virgil. 11. Æneid. v. 334. Et ſellam regni, trabeamque in-  
ſignia noſtri. Iluſtrat variâ ac ſpecioſâ eruditione La-Zerd, hic, Auſon. in Urbib. Epi-  
gram. 13. Salte urbis genius, ibi ſella Curulis. Imperatores ſæpe inter duos Conſules  
in ſella Curuli, aut tribunio ſubſellio ſedebant; qui quidem honor Julio Cæſari pri-  
mo omnium conſtitutus, ut in Senatu in ſella Curuli inter Conſules ſederet, poſt Au-  
guſto. Ita obſervat ex Dion. Bulenger. d. lib. 1. cap. 19. Detulerunt huiuſmodi hono-  
rem alijs poſt Imperatoribus. Unde de Claudio dicit Sueton. in eo, cap. 23. De maiore  
negotio acturus, in Curia medijs inter Conſulum ſellas, tribunio ſubſellio ſedebat.  
Cauſa quare è tribunio ſella maieltas amplior fuit, quia dignitas factioſanda diceba-  
tur, eò quòd ſub pœna capitis, quod non habebant Coſſ. a nemine lædi quibat Tri-  
banus: quo quidem munere impunes etiam dira tyrannide furebant Imperatores. Vide  
Pompon. Latum, & Feſtelli. de Magiſtratib. R. & Roſin. de R. Antiq. lib. 7. cap. 23.  
Unde Symmachus, lib. 5. Epit. 5. ait: Tuae amplitudinis Curulem ſtipabant obſequia  
multorum.

7 Præter eboris materiem ſericis velis ornabatur Curulis, inhiſbitis cõtõnis oblon-  
gis, ut patet leg. 8. duodecim Tabul. de qua Hubert. Goltz. in Faſt. Cæſar. & Auguſt.  
& Roſin. lib. 8. cap. 6. Ut plurimum quatuor lignis incurvis Curulis conſiſtit, funibus  
ita vinctis, ut aperiri claudique poſſit. Quare per gradus in ſellam Curulem aſcenden-  
tum.

Calpurn.  
Quid tribus  
natis

Herodoto.

Et ſubſellia

Aſcon.

Que & qua  
in ſella Cæſa-  
ratis

Erasm.

Auſon.

Aul. Gell.  
Conſeſſa ma-  
ioribus ma-  
giſtratibus,  
Auſon.

Lucan.

Deinde ſell  
Imperatoria  
fuit,

Symmach.

Bulengi

dum fuit: Infit Bulenguer. Aliud arbitror lecticam, seu sellam gestatoriam; aliud Curulem, in quam, quia tribunal in edito loco (cuius in summitate sella) per gradus necessarium ascendere: quæ quidem nec velis, nec funibus fulciebatur. Arbitror hoc ad lecticam pertinere, quæ a servis gestabatur. Claudian. de A. Honor. Consulat. vers. 565.

Diffinitio a iusticia.

Portatur invenum cervicibus aurea sedes. Obnixisque simul pabes electa lacertis, Sidereum gestare onus.

Uberrimè argumentum tractat Iust. Lipsi. 1. Elector. cap. 19. In Curulem tribunalia arbitror gradus fuisse, signatque Sidonius in Panegy. Antem. a. v. 235.

Sidonius

Hinc reduci datur omnis potestas Militia, Consulque micat, continentia potestas Patricij, celerique gradu privata cucurrit Culmina, consensuque senum puer ipse Curulem: Sedit, & emerito iuvenis veteranus in auro.

Non autem in sella, qua Magistratus utebatur in aulam: varia, quantum auguror, dicuntur de Curuli, quo nomine utraque sella insigniebatur; quæ non opponuntur, modo discriminatim intelligatur de sella Curuli in viam ad Palatium, & de Curuli, ubi sedes in iudicium: etenim etiam hæc curus habebat formam. An pro insigni supremæ maiestatis fixerint, vel formam ex Scriptura desumpserint; nescio: scio thronum Dei vocari curulem, Psalm. 67. 18. Ezech. 1. à 4. & Daniel. 7. 9. dicitur: Thronus eius flammæ ignis, rota eius ignis accensus.

Sederetis curulis.

8 De acceptionibus sedis ac sedentis agendum in expositionem genuinam præfatæ Tautologiæ, & affinium. Tres præcipue sunt, nimirum pro convivio, pro iudicio, & regio: alie ergo sessionis acceptiones per transnam indicandæ: Sedere pro humiliati interdum usurpatur. Sederunt in terra. Thren. 2. 10. Ezechiel. 26. 16. Ion. 3. 6. & Luc. 10. 13. Mastra federa: Propert. 1. Eleg. 15. v. 11. Hinc pro supplicare, manere ad sententiam iudicium sedentibus in lapidibus Ostio & Særo, de quibus egi Tom. 6. T. 9. à num. 31. Unde Æschyll. in Persis, v. 118. Sedentes in antiqua sede. Etiam pro supplicatione adorare. Ingressus David sedit coram Domino. 2. Reg. 7. 18. Euripid. in Rhes. v. 508. Tymbræum iuxta templum sedens. Et in Herculi furent. v. 715. Supplex sede ad sanctas sedes Laris. Ovid. 1. de Ponto, Eleg. 1. v. 52. Ipsis Iphicos ante sedere focos. Aliquando accipitur pro domicilio. Sedere in Civitate, quoadusque induamini virtute ex alto. Luc. 24. 49. Revertatur vir & sedeat in loco suo. 1. Reg. 29. 4. Sedis in torrente Carith. 3. Reg. 17. 5. Sedes in Libano. Ierem. 22. 23. 37. 15. & Osee. 3. 4. Sedis in Cadosbarne. Deuter. 1. 46. & Iudic. 9. 41. Longe procul à patria sedeo in Troia. Homer. 24. Iliad. v. 541. In desertis insidentem sedibus. Colutus, de Rapt. Helen. v. 28. Regnum à sede Lavini. Virgil. 1. Æneid. v. 274. Sola servabat: filia sedes. 7. v. 52. Iacoe novus incola sedis. Ovid. 4. Trist. Eleg. 1. v. 85. Romanâ sede fugantes. Propert. 3. Eleg. 3. v. 11. Minerva Cassandram sede sua vetat hosti. ibid. 4. Eleg. 1. v. 117.

Sedere pro humiliari, af iei supplicare, & adorare.

Pro habitare.

9 Quandoque sedere Episyndaphicè per Synetresim, usurpatur pro verbo cui iungitur. Sedit populus manducare, &c. Exod. 32. 6. Idem, manducavit bibique populus, Sedens, & stans. Numer. 11. 4. Sedentes sebant. Iudic. 20. 26. Ibi seaimus, & stavinus. Psalm. 136. 1. Sede vacans. Itai. 47. 5. hoc est, Sic. Vide, age. Plaut. in Truulent. Act. 3. scen. 2. v. 13. Homer. etiam Tautologicè & 1. Iliad. v. 211. Stabant, quiescebantque per sedes: & 24. v. 52. Conside in sede, dolores residere sinamus: nimirum, gaudeamus. Sic plura obvia, potissimè apud Poetas. Sæpe federe accipitur præut sonat, pro situ corporis, requie, seu otiositate. Heli sedente super sellam. 1. Reg. 1. 9. Surge, sede, comede. Gen. 27. 19. Consurge, sede Ierusalem. Itai. 52. 2. Hispanicè: Incorporate, vuelvo en ti, descansa. Homer. 15. Iliad. v. 235. Hæctorem sedentem, neque amplius iacebat: & Iliad. 9. v. 190. Stedebat cum silentio, & relietâ sede, in qua sedebat. Propert. 2. Eleg. 18. v. 36. Ornata nec sedere velis. Iovian. Pontan. 2. Uran. in Ariet. Placidaque in sede quietum. Unde qui aliqua curâ laborat sedendo movetur. Ingeniosè Plaut. Prolog. Captivor. v. 2. Illic qui stant, bi stant non sedent. Ex motu corporis sedentis prænotetur in animo pondus acerbioris.

Homer.

Non quietè ut sedeat continetur in mentibus animus Sed mutat pedes, & super utrumque pedem sede.

Acci-

Accinit Homer. 13. Iliad. à v. 279. & de iracundo Telemacho iam pacato, 18. Odysse. v. 156. Seds in sede unde surrexerat. Hinc qui animo hinc inde vagatur, accipit cogitatione, mente duplici, oppositis assentitur, duplicem occupare sedem dicitur: quo commate Laberius in senatum à Cæsare lectus, cum à Cicerone ad confessum non reciperetur, dicente: Reciperem te, nisi anguste sederemus, mordacitè respondit: Minor, cum soleres duabus sellis sedere. Macrobi. 2. Saturnal. cap. 3. Marc. Senec. Contror. 18. Erasim. Gbil. 1. Centur. 7. n. 2. Tiraquell. in Alex. ab Alexlib. 5. cap. 16. & Theobald. Anguilbert. in Mens. Philosop. Tract. 4. cap. 4.

Macrobi

10 Econtra igitur etiam sumitur sedere; quatenus sessio indicet firmitatem animi in proposito. Ecce egressus est populus sedens contra me. Numer. 22. 5. Sedet in insidijs, quasi leo in spelunca, insidiatur. Psalm. 9. Div. 8. Sederunt Principes & adversum me loquebantur. 118. 23. Sedentes paeniterent. Luc. 10. 13. Virgil. 2. Æneid. à v. 650. Fixusque manebas, & sedibus hæret in iisdem: & sedet hoc antmo. Ibid. lib. 7. v. 611. Sedet patribus sententia pugna. Adi La-Zerd. Absolutè ibid. exprimit Vates, v. 377. succinens:

Pro infirma stabilitate animi.

Si gener externa petitur de gente Latini, Idque sedet, Faunisque premunt te iussa parentis, &c.

Virgili

Sæpe quoque usurpatur pro nihil agere, dormire, vel verbo substantivo. Maria domi sedebat: idest, domi erat, vel in recessu domus in sua negotia; Hellenismus est, quo frequenter utitur Homerus. De ancillis, quæ perfectæ erant iussa coram hospitiis, à Penelope insinuat, dicit 17. Odysse. v. 90. Euntes in sedibus sederunt: idest, in recessum domus seu propriam habitationem se absconderunt, oculos fugientes virorum: quod ab Herodoto lib. 1. cap. 16. dicitur: Ad sua quæmq; abire: quod in eadem significatione videmus Ioann. 20. 10. Abierunt ergo discipuli ad semetipsos. Homer. quo dudum, v. 70. Illic sedit iens: & Odysse. 15. v. 221. & 552. Obdierunt, & statim ingressi in sedibus sederunt: nimirum, suo quisque loco ac officio incubuit. Patet federe sumi pro verbo substantivo, sicut Esth. 5. 9. & 13. Mardochæum sedentem ante fores palatii, fores regias. Psalm. 125. 4. Non sedi cum concilio vanitatis: sicque alia, quapropter cum sessio non agentis sit, usurpatur interdum pro nihil agere & sedere pro desidere; ut observat Lel. Bicio. Tom. 2. Horar. subsciv. lib. 10. cap. 3. Mulier stulta sedet in foribus domus suæ super sellam, &c. Prov. 9. 14. Mulieres circumdate funibus in visis sedent. Baruch. 6. 42. Genes. 38. 21. & Ierem. 3. 2. Homer. 21. Odysse. v. 421. Ex sede sedens. Virgili 12. Æneid. v. 15. Sedeant, spectentque Latini. Quo sensu sæpe dicitur, arma silent, causa dormit, cura sedet; de quo Demosthen. 1. Philipp. Cicer. in Pison. & Erasim. cum Gilberti. Cognato, Centur. 2. Adag. 166. De doctoratu & magisterio in sacris, 2. Reg. 23. 8. Sedens in cathedra sapientissimus: idem Psalm. 11. Matth. 13. 1. 23. 2. 26. 55. Marc. 12. 39. Luc. 5. 3. & Ioann. 8. 2. Horat. 1. Satyr. 10. v. 91. Plorare Cathedras. Martial. 12. Epigram. 18. Rupta proxima vestis è Cathedra. Iuvenal. Satyr. 1. v. 65. Nuda cathedra. Confule Bu- leage. de Imperat. Rom. lib. 2. cap. 19.

Pro otio, dea stia, vel verbo substantivo.

Herodotus

Pro doceret

11 Pro sepulchro etiam intelligitur sedes. Sedebit populus in pulvere. Itai. 32. 18. Sedentes in tenebris, &c. Psalm. 106. 10. & 138. 2. Cognovisti sessionem & resurrectionem meam. Sedes Apostolorum frequenter dicimus de sepulchris Petri & Pauli. Sedem Quirini, de tumulo Romuli; Claudian. de Bell. Getic. v. 101. Sedibus hæc refert antè tus, & comæ sepulchra. Virgil. 6. Æneid. v. 152. Plin. lib. 7. cap. 55. Quæ deinde sedes: Has sedes perpetuas æternasque Prisci dicebant. Sidon. Apollinar. lib. 2. Epist. 8. inquit: Perpetuis sedibus dormienti similis illata est. Ita perpetuas Ethnici arbitrat sunt, ut religio esset, Oïa è sede movere. Unde Aufon. de Profess. Epigram. 27. v. 112. succinuit:

Sedes pro sepulchro.

Sedem sepulchris servet immotus cinis, Memoria vivat nominum.

Aufon

Inquit Plinius, lib. 10. Epist. 73. querens à Traiano, an transferri possint defunctorum reliquie: Perentibus quibusdam (inquit) ut sibi reliquias suorum, aut propter iniuriam verentibus, aut propter stumminis incursum, aliaque his similia queque, secundum exemplum Proconsulum, transferre permitterem; quia sciebam in Urbe nostra ex huiusmodi causa collegium Pontificum adiri solere; te Domine, Maximum Pontificem consulendum putavi: quid observare me velis. Adi Tull. Cicer. 2. de Legib. Dempter in Rosin. lib. 3. cap. 33. & Iurisperitos in leg. ultim. C. Theodos. de Sepulc. violat. maximè Paul. leg. 40. ff. de Reliq. & sumptib. funer.

Pline

Hug

12 Huiusmodi mos inter Romanos inolevit, ex quo destructa Alba Longa iussu Tulli Hostilij per M. Horatium, propter Sufetij insidias, de quo Dionys. Hist. rom. lib. 3. cap. 27. & Tit. Liv. lib. 1. a sect. 95. deduci sunt cives, & antiqui Penates, quos & Troia Aeneas Lavinium collocarat, & Aescanias Albam translulerat; nimirum, ut signat Virgil. 2. Aeneid. v. 296.

Virgil.

—Et manibus vittas, Vestisque potentem  
Eternamque adytis offert penetrabilis ignem.

Qua dicta  
Sacra im-  
mobilia  
apud Roma  
mor?

Hæc sacra sublata Romam deportarunt, in quorum transitu iniquis lapidatio de caelo facta: & propter grandinis iniuriam ponderis prodigium, inspectis exitis ac libris Sibyllinis iussu Senatus sacra in Alba à Pontificibus renovata sunt: tanta enim repente grandæ cecidit, ut intelligerent suis locis sacra non esse movenda. Alij asserunt mota fuisse, Romam translata, sed grandine partim relicta, ac partim Romæ sub Vestalibus in templo Numæ servata: ad quod alludere videtur Iuvenal. Satyr. 4. à v. 60.

Iuvenal.

—Diruta servat  
Ignem Troianum, & Vestam colit Alba minorem.

Ira Isaac Grang. & Eilhard. Lubinus hic. Hæc insiguita erant Penates & ignis, quæ Hector in somnis Aeneæ tradidit.

Virgil.

Sacra suosque tibi commendat Troia Penates:  
Hoc cape fatorum comites, his moenia quære.

Virgil. d. v. 293.

13 Alij, quia in fabulis liberè comminiscitur quisque; dixerunt spontè ex Lavinio quò illa collocarat Aeneas, in Albam cum Aescanio transmigrasse. Violenter Romanos, qua de causa amore antiquæ sedis fecerunt translationem irritam; igitur tota illa sacra supellex noctù avolvit in propria. Hinc Lucan. 9. Pharsal. à v. 992.

Lucan.

Servat & Alba Lares, & quorum lucet in aris  
Ignis adhuc Phrygius, nullique aspecta virorum  
Pallas, in absorto pignus memorabile templo.

Nodus siccinæ occurrebat, solutione difficilis, quippe Virgilius, ut vidimus num. antea dicit: Aeternum adytis penetrabilis ignem. Quomodò mutatione sedis, erit æternitas penetrabilis adytis? Sudent addita Virgilio ludicra ingenia. Fabula dissolvitur fabula. Audi mira, seu potius ride. Pallantis siliam legimus (ait Pier. Valerian. 42. Hieroglyph. cap. 29.) cum Dardano in Arcadia nuberet, dotis nomine munera Palladis attulisset, sentium quippe breve caelo lapsum, quod Palladium appellaverunt, cumque huiusmodi scuto Magnorum Deorum simulacra. Ortà autem seditione in Peloponneso Dardanum inde cum uxore & magnâ Arcadum manu vertisse solum, atque in Samothraciam navigasse, ubi dotalibus muneribus templum crexit, quibus occultas instituit ceremonias, ut sacra illa separaret à vulgi cognitione. Simulacra itaque in subterraneo specu condidit, que mox cum inde in Asiam transmigraret, secum advexit, & in Dardania, à se nuncupata, collocavit. Ilus cum Ilion edificasset, eò Deos ipsos transfudit. Aeneas ex incendio Troiano ablatos in Italiam vexit, eosque Lavinij posuit. Aescanias in suam Albam traduxit, pulcherrimo illis templo edificato: verum aiunt sequenti nocte Penates, nullo ferente, Lavinium rediisse, ostia clausa inventa, parietes integros, & tectum nullà in parte violatum: quo miraculo motum Aescaniam, aiunt, sextentor Curvatores Lavinium misisse, qui sacra custodirent, præficiuntque huiusmodi Egezum nomine. Licet hac fabula verax Virgilius, quasi magni momenti esset, ne mendax inveniretur, qui semper mendax. Iru semper in penetrabilibus, eademque sede, æterni ignes & non violabile Nomen. Hoc est Palladium, de quo tot superstitiones; cuius fabulas retulimus in Ephemer. varijs in locis. Addit Pierius contra præfatos fabulatores: Penates iidem Romam translati, cum Urbem approbassent, nequaquam abierunt: cumque eos Romani in Urbis imperijque sui custodes admississent, ne per vim aut dolum auferri possent; eos in subterraneo, ut Dardanus fecerat, specu, templo ibi dedicato posuerunt: in quo quidem templo (cuius formam videris apud Chartar. in Magna Matre, pag. 150.) id præcipue religionis observabatur, ut sperere nefas esset.

Quid & un-  
de Palladii

Pier. Valer.

14 Ergo iam in principalis sedis ac sessionis acceptiones: quarum prima est sessio pro convivio, vitæque felicitatis ac potestate, sub cuius metaphora Christus Dominus discipulis de imperio contendentibus dixit: Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus, regnum; ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedetis super thronos, indicantes duodecim tribus Israel. Luc. 22. 29. Regnum Dei non est

Sedere pro  
epulari.  
Luc. 22. 29

est esca & potus. Non enim (hic subdit Ambrosius) victus & potus nobis præmij loco spondetur & honoris; sed communicatio gratiæ celestis & vitæ: quæ sub speciebus cibi & potus nobis exponuntur, ut illud Apocal. 2. 7. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei; & Eccli. 24. 29. Qui edunt me, adducet sursum, & qui bibunt me adducet sursum. Psalm. 35. 9. Torrente voluptatis tuæ parabis eos. Dixi, Tom. 4. T. 11. n. 12. & habetur de Consecrat. distinct. 2. cap. In quibus. Catechresis est, Ut edatis & bibatis; intellectionem denotans per escam, delectationem per potum. Spiritualia enim celestis patriæ, sensibilibus similitudine sensibilibus hominibus exponuntur: mensa enim tot deliciarum, gloriosum sanctæ æternæ felicitatis convivium. Apposite Alapide hic. Cælestis gloria deliciae & honores (inquit) saepe in Scriptura comparantur convivij, epulisque cibi & potus, ac primis in mensa cum Rege consessibus; quia homines carnes hæc maxime sapiunt, & capiunt, spirituales autem estimare nesciunt: & quia cibus & potus nobis incorporantur, sicutque nostra, uti in caelo per visionem beatificam, aliasque doses gloriosas Deus nobis quasi incorporabitur, sicutque noster. Iuven. 3. de Hislor. Evangel. v. 538.

Ambrosi.

Catechresis.

Alapide.

Præcepti proceres convivialata frequentat,  
Regales Thalamos, regalis pocula mensa,  
Magnificasque dispes.

Iuvenq.

15 Sedere de convivio elucet non aliena in factis acceptio pro Tautologiae institutione. De Synagoga dicitur Ezechiel. 23. 41. Sedisti in lecto pulcherrimo, & mensa ornata est ante te: ritus ab Hebræis sumptus ex Gentibus, qui pridem sedentes edebant. Genes. 37. 25. & 43. 32. de fratribus Ioseph. ab illo in convivium invitatis, dicitur: Qui vescebantur, sederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta ætatem suam. Quod etiam astruit Philo, lib. de Ioseph, subdens: Insi sumi sedere, nondum enim discumbendi mos receptus erat. E luxu orti huiusmodi ritus, & ex Provinciis subjugatis etiam apud Romanos: etenim Prisci sedentes erat ad mensam; Sedes dicta (inquit Iulianus. 20. Etymolog. cap. 11.) quod apud Veteres Romanos non erat usus accumbendi; unde consilere dicebantur. Postea ut Varro ait de Vita pop. Roman. Viri discumbere vapourant, mulieres sedere; quia turpis visus est in muliere accubitus. Innuvit quoque Valer. Max. lib. 2. cap. 1. n. 2. Examina cum viris cubantibus sedentes convitabant: qua consuetudo ex hominum convivio ad divina penetravit: nam Iovis epulo ipse in lectulum Juno & Minerva in sellas ad eam invitantur. Quod genus severitatis etas nostra diligentius in Capitolio; quam in suis domibus servat: videlicet, quia magis ad rem pertinet Deorum, quam mulierum disciplina contineri. Decursu temporis vigente latetia, irrepsit usque in scandala corruptela; ut videlicet apud Sueton. in Caligul. cap. 25. Priscis temporibus Heroes sedentes epulabantur, ut observat passim Athen. quem adeas, lib. 1. 5. 7. & 11. Virg. 7. Aeneid. v. 175.

Ezechiel.

23. 41.

Philo.

Posti non  
discubebant  
sed sedebant  
ad mensam  
Iulianus.

Val. Max.

Ha sacris sedes epulis, hic arête cæso  
Perpetuis soliti patres consilere mensis.

Virgil.

Servius hic: Romani & duobus tantum cibis utebantur, & in utriusq; edebant sedentes. Ioann. Freislem. d. ex Dure astruit aliquando Alexandrum cum quadringentis Ducibus cænas in sellis aureis & argenteis: & velle purpurea sedentes convivio excepisse. Consulê Stuck. Convivial. lib. 2. cap. 34. Bulenger. de Convivio. lib. 1. cap. 32. & Delfr. in Seneca. Thyest. v. 908. Prævaluit post inter illos accubitus: quapropter nisi in sacris Herculis (de quibus Halicarnas. lib. 1. cap. 19. & Macrobi. 3. Saturnal. cap. 6.) ubi observatio ad esum eviscerationis sedere; & in convivij fato functorum, qui dicebantur Silicernia; nemo Romanorum ad mensam sedebat: verum si factum, propositum erat denotare luctum ac ex infelicitate cordolium. Ita de Catone Uticensi, in eo refert Plutarchus. Cænas sedens ex eo die quo cladem Pharsalicam intellexisset: idque ad cæterum luctum addidit, nec recumbere: & in fin. Lotus cum multis cænavit sedens, ut consueverat post bellum.

Quid sit  
cernia

Plutarch.

16 Dij olim epulabantur sedentes, ut sobrietatem situ indicarent, quæ observari difficile in accubitu, reclinatâ videlicet superiore corporis parte in lævum latus, inferiore in longum protecta & iacente, capite leniter erecto, dorso à pulvillis modicè sustulso, ut observat Philander in Vitruv. De Dijs ergo vocatis in nuptias Thetidos, succinij Catullus, Carm. 65. v. 303.

Catull.

Qui postquam niveos steterunt sedibus artus  
Largè multiplici constructa sunt cæpe mensæ.

Dei

De leſtiferis  
m?

Devoluto tempore leſtiferia fuerunt in uſu, & etiam conceſſa Dijs, de quibus egi in *Ephemer. Prolog. Galeat. §. 7. n. 3.* & alijs in loc. ſed cum diſcrimine: igitur *Accumbere* erat Deorum, & hominum proprium *Diſcumbere*, ſicut ſeruum *Recumbere*: ita He- lonius Acro in *Horat. t. Carm. Od. 2. 7. Ouid. 8. Metam. lib. 7. Accubere Dei. Virgil. t. Anoid. v. 33. Tu das epulis accumbere Diuum.* De hominibus conviſijs diſcubitus ibid. à v. 703.

Virgil.

*Iam pater Aeneas, & iam Troiana iuuentus  
Conveniunt, ſtratoque ſuper diſcumbent oſtro.  
Convenere inſi toris diſcumbere pitiis.*

Geſtin.

Omnes iſthæ acceptiones voluntarie ſunt, quippe præſata verba promiſcè in AA. in- veniantur. *Quid Tyrio recubare toris, prodeſt?* ait Tibull. *lib. 1. Eleg. 2. v. 2. Ex qui- bus conſtat Annibalem nec tunc cum Romano tonantem bello Italia contremiſi, nec eum reverſus Carthaginem ſummum imperium tenuit, cubantem cenaffe:* ait Luſtius. *lib. 32. Patet Recumbere non eſſe brutorum (omniſis teſtimonijs factis) ſicut Accumbere dici de hominibus. Eodem etiam lecto Scipio atque Aſdrubal, quia ita cordi Regis accubne- runt.* Tit. Liv. *lib. 28. ſect. 131. Plaut. in Amphitr. Act. 2. ſcen. 2. à v. 172. ſuc- cini;*

Plaut.

*Cena appoſita eſt, canaſi mecum, ego accubui ſimul.  
In eodem lecto? In eodem. Hel, non placet convivijs  
Idem videris apud Alcon. in 3. Verr. Cicer. Columell. lib. 11. cap. 1. & Petron. in Satyrjs  
pag. 20. Ex ſacris Sedulius Præf. in Opus Paſchal. v. 1. inquit:  
Paſchales quicumque dapes convivia requiris  
Dignatus noſtris accubitare toris. &c.*

Sedul.

Denique de Dijs dicitur diſcubitus. Unde in convivio dodecateo, quod inſtituit arro- ganter Auguſtus, malè vel ab amicis audiens, dicit Sueton. in eo, cap. 70. *Cena in qua Deorum Deorumque habitu diſcubuit convivia, & ipſum pro Apolline ornatum.* Quotidie Caligula huiusmodi vanitate ipeſtabilis habitu ſurgebat Deus. Item in hoc monſtro, cap. 52.

Idem.

17 Poſtquam triclinia inventa ſunt, non repente ſceminæ admiffæ in accubitus ſed iuxta ſedentes epulabantur, ut vidimus, num. 15. ſicut filij & alij proceres, amiceque occupatis pulvinaribus accedentes. *Ahibebat cena & liberos ſuos cum pueris, puelliſque nobilibus, qui more vetere ad fulcra lectorum ſedentes veſcebantur* de Claudio Sueton. cap. 32. De Auguſto, cap. 65, inquit: *Neque cenavit unà, niſi ut in imo lecto aſſiderent nepotes.* Tacit. 13. *Annal. cap. 16. Mos habebatur Principum liberos, cum ca- teris idem ætatis nobilibus, ſedentes veſti in conſpectu propinquorum, propria & par- tione menſa. Philoſtrat. lib. 2. de Vit. Apollonij, cap. 3. Rex indorum (ait) in lecto ex ſtramentis facto, accubabat, iuxtaque ipſam ex agnatis eius ad ſummum quinque. cate- ri ſedentes in ſelli epulabantur. Sed notandum ſingulis ſingulas menſas apponi, quod obſervavit Petron. d. fol. 19. Itaque inſiſt ſenex ſuam cuique menſam aſſignari. Aſtruit ex Homero Athenæus *lib. 1. cap. 19. & Cornel. Tacit. de Morib. German. cap. 22. Lautè (inſi) cibum capiunt, ſeparata ſingulis ſedes, & ſua cuique menſa: tum ad negotia, nec minus ſæpe ad convivia procedunt armati.* In 2. p. *India Oriental. Icon. 3. de Chinenſi- bus dicitur: Tot menſas hoſpitiſus invitatis apponi maximo cum apparatu, quot eor- rum vocati. Si quis non comparuerit, illi nihilominus menſa pari cum apparatu ſterni- tur, appoſitis eibus non coſtijs quos deinde peracto convivio ad ades illorum, qui à con- vivio abſuerunt, cum pompa deferunt. Hinc in convivijs ſubſellia: non ea acceptione qua in ſenaculis & theatris dicebantur inferiora ſedilia, de quibus Plaut. Prolog. in *Pœ- nul. v. 5. Sedeant in ſubſellijs; ſed quia qui nullam lectuli partem occupabant, iuxta lec- tum ſubſellijs ſedentes edebant. Unde paraſitus apud eundem in *Stich. Act. 3. ſcen. 2. v. 32. dicit:****

Uſus Princi-  
pum in men-  
ſa cum libe-  
ris.  
Tacit.  
Philoſtr.

*Haud poſtulo equidem me in lecto accumbere.  
Scis tu me eſſe imi ſubſellij virum.*

In convivijs,  
ſingulis ſin-  
gula menſa.  
Tacit.

18 Poſterioribus temporibus, florente imperio, non ſolam valuit ſed & prævalnit luxus moderatrice laſcivia: etenim uxores, meſterices, & pellices gremijs impoſitas, ac

Tacit.

Joſt Theo-  
doro.

*Immo ſubſellium à Lipſio, Gruter. Acidalio & Meurſio, Sedes Cynica dicitur; quia Cyni- ci non in lectulis cenabant, ſed uti ſervi in ſubſellijs. Ita Frider. Taubmann. hic *Act. 5. ſcen. 4. v. 1. ubi paraſitus ſtrategus convivijs conſtitutus, urbanè, ſed ob ingluviem reſ- pondit: Poſtus in ſubſello Cynice accipiatur, quàm in lectis.**

Quid ſubſel-  
lia in convi-  
vijs.

Plaut.

Cur diſſa  
Cynica ſedes

20 Poſterioribus temporibus, florente imperio, non ſolam valuit ſed & prævalnit luxus moderatrice laſcivia: etenim uxores, meſterices, & pellices gremijs impoſitas, ac

veluti in ſe reclinatæ, in cenis Romani ſolebant. De Caligula Sueton. cap. 24. *Cum omnibus ſororibus ſui ſupri conſuetudinem fecit: pleneque convivio ſingulas infra ſe collocabat, uxore ſupra cubante: quo loco Salmalius inſit: Sorores infra ſe, ideſt, in ſinu collocabat, quaſi inſtas uxores legitima conſorte loco pulſa. Cicer. 2. in Catilin. in- quit: In convivio accubantes, complexi mulieres impudicæ, Ovid. 2. Amor. Eleg. 2. v. 62. In gremio iudicis illa ſedet. Juvenal. Satyr. 2. v. 119.*

Sueton;

Salmali.

Femine cu-  
bantes in  
convivijs.  
Juvenal.

*Signata tabule, diſcum feliciter, ingens  
Cena, ſed in gremio iacuit nova nupta marito.*

Apul.

Uſquequaque invenitur uſus apud Apuleium, qui lib. 6. *Metam. ait: Accumbebat ſummum torum maritus, Pyſyebem gremio ſuo complexus.* Alia videris apud Bulenger. d. cap. 32. & Dempſter. in *Rofin. lib. 5. cap. 26. Inter Romanos dixi inoleviſſe abuſum, Græcia perſiſtente in præſca circumſpectio. Non eadem omnibus (inquit Æmil. Probus Præfat. in Vit. Illuſtr.) eſſe honeſta atque turpia; ſed omnia turpia putantur. Quem enim Romanorum pudet, uxorem ducere in convivium; quod multo ſit aliter in Græ- cia: nam neque in convivium adhibetur, niſi propinquorum: neque ſedet in interio- re parte adium, qua gynæconitis appellatur, quo nemo accedit, niſi propinqua cognatione conſtantibus. Ut ergo conſtet ordo huiusmodi uſus in expoſitionem clariorem ſacri, de quo ſermo, textus; aliqua præmittenda.*

Æmil;

Prob.

19 Primò cenam dici ab Antiquis, quod nobis prandium; & veſpernam que nobis cœna. Feſtus Pompeius *lib. 3. & Roſin. d. cap. 27. Hora dici nona. Deinde veſtes cenatorias in accubitum admiſſas, uſualibus depoſitis, de quo Bulenger. d. cap. 35. Alluſio ſit Matth. 22. 12. Quomodo hic intraſti non habens veſtem nuptialem? Iul. Ca- pitol. in *Maximo. inquit: Ipſe puerulus, cum ad cenam ab Alexandro eſſet rogatus in patris honorem, quod ei deſſet veſtis cenatoria; ipſius Alexandri accepit. Idem Iuſt. Lipſ. 1. Saturnal. cap. 2. ubi ſelecta inveniens. Ariſtophanes in *Aves, Act. 17. ſienat etiam uſum inter Græcos: etenim v. 128. inquit: Nuptialem veſtem dicit aliqui mihi bene. Tri- clinia & lectuli divitiſus ornabantur tapetijs.***

Cœna ab  
antiquis di-  
ta, quod no-  
bis pran-  
dium: &  
veſperna, cœ-  
na.  
Capitol.  
Ariſtoph.

*Alcis iam ſe regina ſuperbis  
Aurea compoſuit ſponda.*

Virgil.

Modulatur Virgil. 1. *Aneid. v. 701. Erant ſtragulae, quæ ſubſternerentur, erant que circumponerentur, gran & quibus accubentes operirentur. Unde apud Iul. Pollucem, lib. 10. cap. 27. dicitur: Amphitapetia utrinque villata, pulvilli ſubalares, ſtrata, cubitalia, ſtragula, toralia, lodices. Lamprid. in *Heleogabalo pro eius mollicie, & con- vivantium vellicatione, inquit: Non cubat in accubitis facile, niſi iſi qui pilum lepori- num haberent, aut plumas perdicum ſubalares, ſæpe calcitras mutans: viſtoribus ami- eis folles pro accubitis ſternebat, eoſque reſtabat prandentibus illis; ita ut plerumque ſub menſis invenirentur. O inſigne caput! Hinc ne conſpurcarentur lectuli, ſoleas de- ponebant conviva, diſcalceati à ſervis. Fuerunt ſoleæ, quas tamen accubituri (ait Le- vin. Torrent. in illud Horat. 2. Satyr. 8. v. 76. Conviva comis & ſoleas poſſent) in con- vivio deponere, & à menſa diſceſſuri iterum ſumere ſolebant. Plaut. in *Trucul. Act. 2. ſcen. 8. v. 1. Data ſoleas Martial. lib. 14. Epigr. 65.***

Ornata mē-  
ſarum in  
diſcubitu.  
Pollux.

Lamprid;

Deponeban-  
tur ſoleæ.

*Deſuerit ſi furte puer, ſoleasque libebit  
Sumere, pro puero proderit ipſe ſibi.*

Martial.

Fuſè Turneb. 24. *Adverſ. cap. 17. Horat. 1. Epigr. 13. v. 15. Glum pilocolo ferre ſub ala ſoleas: & Martial. 3. Epigram. 50. Depoſiti ſoleas. Vid. dicta Tom. 3. T. 5. num. 12. Specimen huiusmodi moris videtur in Biblijs: etenim Baptiſta de Chriſto dicit, Luc. 3. 16. *Cuius non ſum dignus ſolvere corrigiam calceamentorum eius.* Ex quo intelligitur, quo pacto iuxta Hebræorum conſuetudinem, Chriſtus nudis pedibus accubebit in convivijs, quos commode Madalene ſtans retro poſſet lavare lachrymis, capillis tergere & arom. tibus ungere. Ibid. 7. 38. *Ut poſſet etiam feliciter dicere: Dum eſſet Rex in ac- cubitu ſuo, navas mea dedit adorem ſuum.**

Luc. 3. 16  
& 7. 38.

20 *Uc clariùs procedimus ex Lipſio tot. lib. 3. Antiq. lectio. (ex quo poſteriores decerpere eruditionum ſoleas) delibabimus modum accumbendi, & loci eminentiam in accubitu. Virgil. 6. Aneid. 2. v. 603.*

Modus acc-  
cumbendi.

*Lucern genalibus altis  
Aurea fulcra toris, epulaque ante ora parata  
Regiſico luxu.*

Virgil.